



## **Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia**

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis  
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium  
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum  
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed  
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

**Drexel, Jeremias**

**Antverpiæ, 1643**

Sect. I. Infantis dei divinitas asserta, & defleta stabuli incommoda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)



rati inflammatis animis in hostem iverunt. Magna pugna, magna cædes fuit, & pro omnibus ducibus dux infans. Et cum certantium animi ceciderunt, vagitus pueri erexit; cum non pauci fugere cœperunt, infantis aspectus coercuit; cum hostes nimium invaderent, muta hæc exhortatio repressit. Denique qui pro infante pugnarunt, vi vicerunt, ex hostibus plerosque omnes duces ceperunt, aut ceciderunt, atque reliquã vulgi cæde sic purpuraverunt fluvium Zenam, ut eo die fluxerit cruentus. Ergone tantum potuit infans, in quo solus ducum sanguis tam multo sanguine defensus est; Ergone tantum potuerunt a specte in pugna cuncti? Aspice, oro alias cunas, alium ostendo puerum. En Deum, sed infantem; en infantem, sed militiã nostrã ducem. Adpugnam nascimur; quicumque nascimur ad vitam, & vivere non vult, qui non vult pugnare. Nemo ergo pedem referat, nemo trepidet: Dux noster schema quidem gerit infantem, sed gigantes sternit: plorat in itabulo, at in celo tonat: dormit in sinu Virginis, at pro omnibus pervigilat: in vinculis suspirat, at servos omnes in libertatem vindicet. Audite servi, audite quicumque non verè liberi, cum Senecã magnã voce clamo: Non potest gratis constare libertas. Hanc si magno æstimas, omnia parvo sunt æstimanda.

§. VII. Bernardi Clarevalensis eximius  
in hunc Ducem affectus.

**R**evera noster hic infans divinus, exercituum est Dominus; cui decies nullus centena millia ad omnem nutum parent. Hic ille est, ad beati Fulgentii phrasin, qui portatur ut parvulus, adoratur ut Deus; parvulus in præsepio, immensus in celo; vilis in pannis, pretiosus in stellis; pauper & dives, humilis & sublimis; Rex Iudæorum, sed idem Creator & Dominus Angelorum. Archelaus Herodis filius natus est in palatio, Christus in itabulo; Archelaus natus, in lecto est positus; Christus in præsepio reclinatus; & tamen ille contemnitur, iste quaeritur; ille vix nominatur, iste inventus adoratur.

Bernardus Clarevalensis etiamnum puer gravi capitis dolore dejectus fuerat in lectum. Mox adfuit anus, quæ incantationibus & carminibus dolorem pellerè professã est. Vbi hoc agi sensit nobilissimus puer, acerbè indignatus præcantatricem mulerculam & voce & manu à se reject. Nec defuit auxiliatrix è celo dextera. Nam continuo dolor remissus, adolecentulus è lecto abiit. Et opportunè aderat nox Nascens Christi, quam nemo non pervigilio veneratur. Bernardus dum sedet, & horam divini officii operitur, in somnum solvitur. Hic illi cælestis puer veluti recens natus spectandum sese obtulit in quiete. Persuasum semper habuit Bernardus eam fuisse horam; quã Christus Lux orbis in lucem est editus. Hinc in Bernardo ingens semper & suavissimus affectus arsit ad istud Christi Nati arcanum. Hinc nobilissimum illud scriptum tam ordine, quàm dignitate inter cetera ferè primum, quo missi ad Virginem Salvatoris Angeli, & partus divini mysterium eruditè ac eleganter edisseruit. Et quotiescumque de Nascete Christo loquendum, quod facillè curiosus lector observaverit, Bernardo ad eam dictionem sensus profundior, affectus calentior, sermo fluit copiosior. Verbum infans & mutum facit disertos.

## CAPUT VIII.

### Poëma natalitium.

**H**ic interjuncto, mi Lector, industriæ tuæ recitanda (idem facturus sum infra) ad legendi tædium numeris & modulis mulcendum, Eodè cantu

A surgentis & in cælum redeuntis Christi gloriam seu gloriæ causam prosequemur. Nunc ergo carmen natalitium inter opiliones, ruri, pennã faciliac minime operosa natum voce præco. Si lubet, mitte trifiores curas, & accine.

### INFANTIS DEI DIVINITAS ASSERTA, ET DELETA STAVLI INCOMMODA.

#### I.

**I**nfantis audes Numinis,  
Infans poëta, cunas  
Ineruditò carminis  
Choragio movere.  
Apollinis sacundia  
Ipsius obricescit.  
Tripus silet, tu perfrica  
Frontem fidesque tenta.

#### II.

**Q**uid ala stridat Pegasi,  
Si plaudat Angelorum?  
Ludunt Chorale Calites  
Divimore Musã,  
Carmenque pangunt dulcius,  
Et dignus Chorago.  
Argutias Luscinia  
Cave, Cicada, turbes.

#### III.

**R**emitto chordas; imperitum  
Castigo prurientem.  
Relego sub Parnasides  
Musam lateuter umbras.  
Fons unguis siccatus est;  
Cessa, Thalia, cessa.  
Laudas silendo pleniis,  
Et eloquens tacendo.

#### IV.

**S**ed in puellus aureo  
Ve osculo renidet;  
Et hastantem pergere  
Hortatur ultrò vatem;  
Mugire si fas bobus est,  
Rugire fas asello,  
Adhumentis Pegasi  
Quo jure jura damnem?

#### V.

**R**esumo chordas; imperum,  
Quem presseram, relaxo.  
Redire Masas impero,  
Et explicare monstra.  
Quibus scaten Bethlehemic  
Tugurii ruina.

**N**ec Bactra secunda sunt,  
Nec Indus, aut Canopus.

#### VI.

**E**n mutus iste Pustio  
Fletu modo disertus,  
Verbo creavit athera,  
Solum salumque verbo.  
Tanrillus iste Pustio,  
Quem metiaris ulnã,  
Hic implet orbem; quantum est,  
Et sustinet ruentem.

#### VII.

**Q**uam pondè cernis, Mater est,  
Et est pudore salvo.  
Enititur, nec ingemit,  
Marrèmq; damnat Evam;  
Cujus statuta noxia  
Lex ista sit doloris:  
Cui debeant purpure  
Vectigal hoc laboris.

Dan. c. 7.  
vers. 10.  
Fulgent. ser-  
mon. 5. de  
Epi. an.  
sub initium.

Guilielmus  
Abbas in  
vitã Bern.  
l. i. c. 2.

Bernardo  
ingens  
semper ar-  
sit affectus  
ad Christi  
Nati arca-  
num.



## VIII.

Cum prima lucis munera  
Fons ipse lucis hausit,  
Vt illa ter beata Lux  
Illustrior micaret,  
Grandi resulsit fidere  
Et insolente calum,  
A Delio quod alterum  
Aegre gradum teneret.

## IX.

Vt ergo sol hanc temporis  
Audientiam reseruet,  
In intimis sacraria  
Que condidit gazis,  
Promittit, diemque curris  
Dispensat uniuersum,  
Tribusque splendet orbibus,  
Tunc luna nulla luxit.

## X.

Fontes resudant Pallade,  
Tuis, Latine, campis,  
Currente retro Tyberi  
Et adstupente Româ.  
Miri quid istud omnium?  
Quis explicabit augur?  
Haremus, augur deficit.  
Interpretare Celum.

## XI.

Audimur, astruabitur  
Demissa vox ad aures:  
Esote macti gaudis,  
Embilase frontem,  
Ambos per orbis incola;  
Pax alma, certa, constans  
Redibit, & rot cladibus  
Mersum levabit orbem.

## XII.

Nunc hinc, nunc, gens impia,  
Illud Numen Insans,  
Hic Numen est, hic noster est,  
Hic orbis architectus,  
Cui muta parent sidera,  
Et cui cæca parent,  
Qui solus afflictissimis  
Vna est medela rebur.

## XIII.

His clausa salve Numinis  
Angustis potestas!  
Finita parvo limite  
O amplitudo salve!  
Fix orbis implet angulum  
Cum sis vel orbe major.  
Plorare quamvis audiam,  
Credo tonare, credo.

## XIV.

Ceu mutus est contices,  
Infantia ligatus,  
Nego tamen disertius  
Facundiusque VERBUM  
Esferre posse sidera,  
Esferre posse terram;  
Imo profari sidera,  
Nego, solumque posse.

## XV.

Sed numquid hac Divinitas  
Vastâ latere rupe,  
Extorris urbe debuit,  
Tuâque, David, urbe?  
Homo pellit, antrum suscipit,  
Inserviente Tauro.  
Homo istud, ille marmor est;

A

Obbruit Magister.

## XVI.

Qui nubibus, qui Seraphim  
Assuevit incubare,  
Ille, ille (qualem culcitram!)  
Fani premis pugilum  
Culmi maligne cæcis est,  
Lacertuli ragescunt.  
Tu nempe spica rotas;  
Exspirat ergo culmus.

## XVII.

Illi in paterno inspidet  
Palatio virebant,  
Illi rubebant ignes  
Bracteis pyropi;  
Quacumque gressus fixerat,  
Flos emicabat auri.  
Et scilicet superbit,  
Quod atteri daretur.

## XVIII.

Vestram, Beata Menia,  
Vestram fidem, Cohoni!  
Vbi nunc virent inspidet?  
Vbi nunc pyropus ardet?  
Ostramve vitrum verberat?  
Gemmam, bracteeve?  
ADAMANTE solo plenus est  
Hic, quo mior erit, orbis.

## XIX.

Aulæ nulla vestium  
Hoc exultabile  
Quam quæ suis ex istibus  
Eviscerant arachna.  
Sabeæ mæsis, finis est,  
Silex acuta, gemma.  
Lutum premunt vestigia,  
Vertuntque modum aurum.

## XX.

Quamquam quid aurum querimus,  
Gemmâsq;e, bracteaque?  
Puellus ipse totus est,  
Est ipse totus aurum.  
Quod si solutus sciscis  
Implet furum MARIÆ.  
Hem gemma gemmis carior  
Ex anulo nutescit.

## XXI.

Et fascium constringitur  
Pavendus ille Samson;  
Vincitur illa dextera,  
Dextra illa fulminatrix;  
Implenda nullis ignibus,  
Sed oculis beanda:  
Hæc sunt andris fulmina;  
His fulgurabit Insans.

## XXII.

Nimbos cedere frigidus  
Duos potens per axes,  
Nunc ecce nimbos igneos  
Duos ciet per orbis.  
Rauit calentes lacryma,  
Et perpluunt jacentem.  
Hic una gutta marmora  
Cavare dura possit.

## XXIII.

Nempe ut Decembres arceat,  
Fluit calente gutta.  
Crudele frigus, perfidum!  
Cydellis aura, vecors!  
Et vos malorum barbarum  
Exaggeratis agmen?

B

C

D

Indic. c. 16  
ret. 21.

o dieng

Oculus  
Syllaba  
Me per  
Hæc &c.Historia  
de triplici  
ab Augu-  
sto sole vi-  
si.Potaruna  
more lo-  
quuntur.

Angeli



O digna vestri carcere,  
Gens turbulenta, Regis.

XXIV

Vos astra saltem parcite,  
Vestrum fovete solem!  
Saturne, sidus temperas,  
Acrem remitte brumam!  
Æternus hostis audies  
Infantia immerentis?  
Quis aureum te predicet?  
Et ferro & are constas.

XXV

Nil vota possunt supplicis,  
Nil commoventur astra.  
Plorare perstat algidus  
Rigere perstat Infans:  
Quis addidit nos lacrymas,  
Confundimisque sletum.

Has præ Neronis balneis  
Thermas probabit Infans.

XXVI

Vt lectulus sit mollior,  
Prætexo corda feno.  
Prætexo membra singula,  
Nam sunt & ipsa FOENVM.  
Quid molior? tam duriter  
Cogam cubare Numen?  
Ignosce, quamvis marmor est,  
Emolles preffendo.

XXVII

Tu lingua præbe calcitrans,  
Modestiam professa.  
Nullo cubabit rectius  
VERBUM Patris torali.

Hoc fata VERBO, Tullii  
Demosthenisq; suadam  
Quantæ relinques passibus,  
Quantæ gradu præbis?

XXVIII

Evolve, Mater, fascias;  
Agent vicem lacerti.  
His lava, & illud dextera  
Ebur ligabo vinculis.  
Nec ipse rentet rumpere,  
Nec me sinente possit.  
Adamantinis est Charitas  
Robustior catenis.

XXIX

Abena si quem criminum  
Catasta compeditur,  
Huc advola, dum Numinis  
Inermis ira parcat.

Ligatus est, jam fulminat  
Nescit trifurca ferre  
Nunc advola severior  
Super iridem sedebit.

XXX

Huc serve nummi sordidi,  
Huc esuritor auri,  
Hic era sulca cautibus,  
Hic condidit fodinis.  
Hic omnium nunc indiget,  
Arente rectus herbâ.

Sed dormit herbas incubans;  
Tu quando conquestus es?

XXXI

Huc qui tumentis vertice  
Contingis astra, Thraso,  
Quem purpura, quem murices,  
Quem tota regna velant.  
Qui nudus hic abjectus est,

A

Rex est, & Alpha Regum.  
Si tu ruborem devoras,  
Bis erubescet ostrum.

XXXII

Huc unctæ leno, sordibus verticibus  
Ne terras caprinis,  
Suadebo scitus arbiter,  
Quos ardeas amores.  
Iube valere Cypridem,  
Est dignior MARIA;  
Iube valere solum,  
Est dignior MARTIA.

XXXIII

Huc quisquis alii pectoris, aut  
Qui Christianus audis,  
Qui porrigis te latius,  
Quam vita porrigatur.  
Hinc discite mores fingere,  
Implere nomen ingens.  
Quid expectas, quid oderis,  
Murus docebit Infans.

B

Ita canimus, seu potius gemimus nos ex infima plebe musici, rauci & sordidi mendiculi. Longè suavius cantant beati calites, quorum caelestem harmoniam in hunc locum studio sepositam capite sequenti exequemur.

## CAPVT IX.

## De Angelorum ad Christi Nascantis curias caelesti symphonâ.

ELIAS VATES, quod Regum Volumina testantur, non antè vaticinari orsus est, quam psalterium fuisset adductus. Christus Servator orbis non prius à pastoribus vult salutari, quam cæli Plalte in aëre coeperint modulari. Salomone Rege dicto, quod in cælo de codice memorie produnt, ascendit universa multitudo post eum, & populus canentium tibi; & letantium gaudio magno: & insonuit terra à clamore eorum. Pacifico Salomone nostro in lucem edito Angelorum universa multitudo descendit, summum gaudium testata novis cantibus, quibus demum orbis totus personuit. Iobus interrogans. *Concitantur caelestia, quis dormire facit?* Pervigiles omnino sunt caelestes hi aulædi, qui nocte sacrâ suis modulis aërem permulserunt. De hac caelium harmoniâ dignissimum est uberrimè disserere. Hic nemo me fusioem culpet. Quod res est, fateor, Musicam amo.

## §. I. De Cantico Angelorum, Gloria in altissimis DEO.

ET subito, ait beatus Lucas, facta est cum Angelo multitudo militum caelestium laudantium Deum. Vti probabilissimum est omnes omnino Angelos cum Christo ad supremum iudicium descensuros: ita profus creditibile, omnes beatas mentes in terram sese demisisse ad sui regis cunabula, ita quidem ut nullus caelestium animorum (quod Alphonsus Salmeron docet) in caelo tunc remanserit, tanquam universi suum regem cominus adoraturi ad dictam legem: *Adorent eum omnes Angeli.* Videntur boni genii erubuisse caelum habitare, conditore in terrâ sponte abjecto. Adfuerunt igitur suo Principi obsequia sua delaturi, sacramento dicturi & in leges juraturi. Quod Angeli laudaverint Deum, suo nos, inquit Beda, instrunt exemplo. Illi autem ad pastores misso tabellario sese caelestis exercitus adjunxit, ne unius parva videretur auctoritas, & ut fide prout Ambros. loquitur, divina curia adstrueret; & ne paupertate Christi offenderentur pastores. Rectè autem exercitus Angelorum Deum sabaoth, Dominum exercituum laudavit. Militiam vocat

B. Lu.